

THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 118r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

in mare proice. Cum uero ante pedes
monachus suum iacente uellet eice
re saccum in quo erat yconia. dixit
ad eum angelus. Uide ne proicias yco
niam. sed leua eam manibus ad ce
lum. Qui angelicis obtemperans
iussis. yconiam cum deuotione
leuauit ad celum. Mox in quam
cessante tempestate. fit in mari
tranquillitas. Ignorantes uero
quo pergerent. uolentes. nolentes.
redierunt ad acris ciuitatem. ubi
mare intrauerant. Tunc mona
chus uidens que circa se gesta
fuerant. et dei uoluntatem intelli
gens. ~~fa~~ suis promissis satis facere
uolens. uenit ad sanctimonialem.
secum deferens yconiam. Que uere
respexit eum ut pote religiosum.
ignotus tamen ei fuerat propter
hospitum frequentiam. et promissam
yconiam non requirebat ab eo.
Cum ergo monachus a se non
requiri yconiam uideret. sanc
timoniali non dare. sed secum de
ferre item cogitabat. et uale facto
ad inuicem. intrauit oratorium
ut oraret. et postea ad sua reme
aret. facta autem oratione. cum
egredi uellet. non inueniebat
qua parte ab oratorio exire ua
~~lebat~~ ret. ponens yconiam quam
ferebat. ostium oratorii apertum
uidens. iterum exire uolebat.
et item assumpta yconia ostium
quo egrederetur non uidebat.
et ita per totum diem laborans
cum deponeret yconiam uide
bat ostium. Sumpta uero yconia
cum egredi uellet. non ualebat. Mona
chus uero diuine uoluntatis iu
sticiam considerans. yconiam ponens
in oratorio ad sanctimonialem re
uertitur. et humiliter humi prostra
tus. ueniam a sanctimoniali petiit.
et ei omnia que facta fuerant
diuina dispositione in rei ueri
tate per ordinem narrauit. Dixeque.
Non me noscis domina. Non remi
nisceris te yconiam a me expetisse.
Ego sum monachus. qui tibi spo
pondi yconiam. Ego quidem per mul
ta miracula tibi collatam yconiam
subtrahere conabar. sed nunc acci
pe munus optatum. et condigno lo
co repone. Accepit ergo sanctimo
nialis yconiam. et cepit laudare
et benedicere dominum. et gloriosam dei
Mariam de omnibus que facta fuerant.
et posuit eam inter eream fenestram.
Monachus uero deo seruire in
eodem loco proposuit. per reliquum
uite sue tempus. propter uirtutem
quam deum fecisse cognouerat. per yma
ginem sue genitricis marie. Cum
iam in magna reuerentia habe
retur yconia. cepit eadem sudare
et liquorem quendam emittere.
Sanctimonialis uero de sudationis
liquorem cum sindone munda de
tergebat. considerans itaque locum
affluentem. parauit uasculum
ereum. ad recipiendum liquorem
ab ymagine sancta manantem. quem
infirmantibus in dei nomine tri
buebat. Fuit namque tante uirtu
tis manans ab ymagine liquor.
ut infirmis super positus expel